

‡ PSEUDOMONARCHIA ‡  
DÆMONUM

**Johann Weyer**  
(1515-1588)

translated by  
Reginald Scot

---



Basilisc  
Occult Documents/ **Hexen-Burning Times** No. 5

---

© *pdf* Benjamin Adamah 2009

[www.luxnoxhex.org](http://www.luxnoxhex.org)

PSEUDOMONARCHIA  
DÆMONUM

Johann Weyer

*O curas hominum, ô quantum est in rebus  
inane?*

LECTORIS.

*Ne Sathanicæ factionis monopolium  
usqueadeo porro delitescat, hanc Dæmonum  
Pseudomonarchiam, ex Acharonticorum  
Vasallorum archivo subtractam, in hujus  
Operis de Dæmonum præstigiis calce  
annectere volui, ut effascinatorum id genus  
hominum, qui se magos jactitare non  
erubescunt, curiositas, præstigiæ, vanitas,  
dolus, imposturæ, deliria, mens elusa, &  
manifesta mendacia, quinimo non ferendæ  
blasphemicæ, omnium mortalium, qui in  
medicæ lucis splendore hallucinari nolint,  
oculis clarissimè appareant, hoc potissimum  
seculo scelestissimo, quo Christi regnum tam  
enormi impunitaque tyrannide impetitur ab  
iis qui Beliali palàm sacramentum  
præstitère, stipendium etiam justum  
haud dubie recepturi: quibus & perditas has  
horas libenter dedico, si forte ex immensa  
Dei misericordia convertantur & vivant:  
quod ex animo iis precor, sitque felix &  
faustum. Ne autem curiosulus aliquis,  
fascino nimis detentus, hoc stultitiæ  
argumentum temere imitari audeat, voces  
hinc inde prætermisi studio, ut universa  
delinquendi occasio præcideretur.*

Johann Weyer

PSEUDOMONARCHIA  
DÆMONUM

Salomons notes of conjuration

Translation in Reginald Scot, *The  
Discoverie of Witchcraft* (1584)

Ah, human cares! Ah, how much  
futility in the world!. C. Lucilius,  
*Satires of Persius*

*An inventarie of the names, shapes,  
powers, governement, and effects of  
divels and spirits, of their severall  
seignories and degrees: a strange  
discourse woorth the reading.*

READER.

*Inscribitur vero à maleferiato hoc hominum genere Officium spirituum, vel, Liber officiorum spirituum, seu, Liber dictus Empto. Salomonis, de principibus & regibus dæmoniorum, qui cogi possunt divina virtute & humana. At mihi nuncupabitur Pseudomonarchia Dæmonum.*

# PSEUDOMONARCHIA DÆMONUM

Primus Rex, qui est de potestate Orientis, dicitur **Baël**, apparens tribus capitibus, quorum unum assimilatur bufoni alterum homini, tertium feli. Rauca loquitur voce, formator morum & insignis certator, reddit hominem invisibilem & sapientem. Huic obediunt sexagintasex legiones.

§ 2. **Agares** Dux primus sub potestate Orientis, apparet benevolus in senioris hominis forma, equitans in crocodilo, & in manu accipitrem portans. Cuncta linguarum genera docet optime: fugitantes reverti facit, & permanentes fugere: prælaturas & dignitates dimittit, & tripudiare facit spiritus terræ: & est de ordine Virtutum, sub sua potestate habens triginta & unam legiones.

§ 3. **Marbas**, alias **Barbas**, Præses magnus, se manifestans in fortissimi leonis specie, sed ab exorcista accitus humana induitur forma, & de occultis plene respondet, morbos invehit & tollit, promovet sapientiam artiumque mechanicarum

(1) **Baell**. Their first and principall king (which is of the power of the east) is called *Baëll* who when he is conjured up, appeareth with three heads; the first, like a tode; the second, like a man; the third, like a cat. He speaketh with a hoarse voice, he maketh a man go invisible, he hath under his obedience and rule sixtie and six legions of divels.

(2) **Agares**. The first duke under the power of the east, is named *Agares*, he commeth up mildile in the likenes of a faire old man, riding upon a crocodile, and carrieng a hawke on his fist; hee teacheth presentlie all maner of toongs, he fetcheth backe all such as runne awaie, and maketh them runne that stand still; he overthroweth all dignities supernaturall and temporall, hee maketh earthquakes, and is of the order of vertues, having under his regiment thirtie one legions.

(3) **Marbas**, alias **Barbas** is a great president, and appeareth in the forme of a mightie lion; but at the commandement of a conjuror commeth up in the likenes of a man, and answereth fullie as touching

cognitionem, homines adhæc in aliam mutat formã. Præest trigintasex legionibus.

anie thing which is hidden or secret: he bringeth diseases, and cureth them, he promoteth wisdom, and the knowledge of mechanicall arts, or handicrafts; he changeth men into other shapes, and under his presidencie or gouvernement are thirtie six legions of divels contened.

§ 4. **Prufas**, alibi invenitur **Bufas**, magnus Princeps & Dux est, cujus mansio circa turrim Babylonis, & videtur in eo flamma foris, caput autem assimilatur magno nycticoraci. Autor est & promotor discordiarum, bellorum, rixarum & mendaciorum. Omnibus in locis non intromittatur. Ad quæsitã respondet abunde. Sub sunt huic legiones vinginti sex, partim ex ordine Throni, partim Angelorum.

[(4) **Prufas**, otherwise found as **Bufas**, is a great prince and duke, whose abode is around the Tower of Babylon, and there he is seen like a flame outside. His head however is like that of a great night hawk. He is the author and promoter of discord, war, quarrels, and falsehood. He may not be admitted into every place. He responds generously to your requests. Under him are twenty-six legions, partly of the order of Thrones, and partly of the order of Angels.]

§ 5. **Amon** vel **Aamon** Marchio magnus & potens, prodit in lupi forma caudam habens serpentinam, & flammam evomens. Hominis autem indutus speciem, caninos ostendat dentes, & caput magno nycticoraci simile. Princeps omnium fortissimus est, intelligens præterita & futura, hinc & gratiam concilians omnium amicorum & inimicorum. Quadraginta imperat legionibus.

(5) **Amon**, or **Aamon**, is a great and mightie marques, and commeth abroad in the likenes of a wolfe, having a serpents taile, <spetting out and breathing> [vomiting] flames of fier; when he putteth on the shape of a man, he sheweth out dogs teeth, and a great head like to a mightie <raven> [night hawk]; he is the strongest prince of all other, and understandeth of all things past and to come, he procureth favor, and reconcileth both freends and foes, and ruleth fourtie legions of divels.

§ 6. **Barbatus** magnus Comes & Dux, apparet in signo Sagittarii silvestris cum quatuor regibus tubas ferentibus. Intelligit cantus avium, canum latratus, mugitus boum & cunctorum animalium: thesauros item à magis & incantatoribus reconditos, detegit: Et est ex ordine Virtutum, partim Dominationum. Triginta præsidet

(6) **Barbatus**, a great countie or earle, and also a duke, he appeareth in *Signo sagittarii silvestris*, with foure kings, which bring companies and great troopes. He understandeth the singing of birds, the barking of dogs, the lowings of bullocks, and the voice of all living

legionibus. Novit præterita & futura: tam amicorum quam inimicorum animos conciliat.

§ 7. **Buer** Præses magnus conspicitur in signo \*. Absolute docet philosophiam, practicam, ethica item & logica, & herbarum vires: Dat optimos familiares: Ægros sanitati restituere novit, maxime & homines. Quinquaginta legionum habet imperium.

§ 8. **Gusoy**n Dux magnus & fortis, apparet in forma xenophali. Explicite respondet & vere de præsentibus, præteritis, futuris & occultis. Amicorum & inimicorum gratiam reddit: Dignitates confert & honores conformat. Præest quadragintaquinque legionibus.

§ 9. **Botis**, alibi **Otis**, magnus Præses & Comes, Prodit in viperæ specie deterrima: Et siquando formam induit humanam dentes ostendit magnos & cornua duo, manu gladium acutum portans. Dat perfecte responsa vera de præsentibus, præteritis, futuris & abstrusis. Tam amicos quam hostes conciliat. Sexaginta imperat legionibus.

§ 10. **Bathym**, alibi **Marthim** Dux magnus & fortis: Visitur constitutione viri fortissimi cum cauda serpentina, equo pallido insidens. Virtutes herbarum & lapidum pretiosorum intelligit. Cursu velocissimo hominem de regione in regionem transfert. Huic triginta subsunt legiones.

creatures. He detecteth treasures hidden by magicians and inchanters, and is of the order of vertues, which in part beare rule: he knoweth all things past, and to come, and reconcileth freends and powers; and governeth thirtie legions of divels by his authoritie.

(7) **Buer** is a great president, and is seene in this signe [\*]; he absolutelie teacheth philosophie morall and naturall, and also logicke, and the vertue of herbes: he giveth the best familiars, he can heale all diseases, speciallie of men, and reigneth over fiftie legions.

(8) **Gusoin** is a great duke, and a strong, appearing in the forme of a *Xenophilus*, he answereth all things, present, past, and to come, expounding all questions. He reconcileth freendship, and distributeth honours and dignities, and ruleth over fourtie and five legions of divels.

(9) **Botis**, otherwise **Otis**, a great president and an earle he commeth forth in the shape of an ouglie [*lit.* 'worst'] viper, and if he put on humane shape, he sheweth great teeth, and two hornes, carrieng a sharpe sword in his hand: he giveth answers of things present, past, and to come, and reconcileth friends, and foes, ruling sixtie legions.

(10) **Bathin**, sometimes called **Mathim**, a great duke and a strong, he is seene in the shape of a verie strong man, with a serpents taile, sitting on a pale horsse, understanding the vertues of hearbs and pretious stones, transferring men suddenlie from countrie to countrie, and ruleth thirtie legions

§ 11. **Pursan**, alias **Curson**, magnus Rex, prodit ut homo facie leonina, viperam portans ferocissimam, ursoque insidens, quem semper præcedunt tubæ. Callet præsentia, præterita & futura: Aperit occulta, thesauros detegit: Corpus humanum suscipit & aëreum. Vere respondet de rebus terrenis & occultis, de divinitate & mundi creatione: Familiares parit optimos: Cui parent vigintiduo legiones, partim de ordine Virtutum, partim ex ordine Throni.

§ 12. **Eligor**, alias **Abigor**, Dux magnus, apparet ut miles pulcherrimus, lanceam, vexillum & sceptrum portans. Plene de occultis respondet atque bellis, & quomodo milites occurrere debeant: Futura scit, & gratiam apud omnes dominos & milites conciliat. Præsidet sexaginta legionibus.

§ 13. **Loray**, alias **Oray**, magnus Marchio, se ostendens in forma sagittarii pulcherrimi, pharetram & arcum gestantis: author existit omnium præliorum, & vulnera putrefacit quæ à sagittariis infliguntur, quos objicit optimos tribus diebus. Triginta dominatur legionibus.

§ 14. **Valefar**, alias **Malaphar**, Dux est fortis, forma leonis prodiens & capite latronis. Familiaritatem parit suis, donec laqueo suspendantur. Decem præsidet

of divels.

(11) **Purson**, alias **Curson**, a great king, he commeth foorth like a man with a lions face, carrieng a most cruell viper, and riding on a beare; and before him go alwaies trumpets, he knoweth things hidden, and can tell all things present, past, and to come: he bewraieith treasure, he can take a bodie either humane or aierie; he answereth truelie of all things earthlie and secret, of the divinitie and creation of the world, and bringeth foorth the best familiars; and there obeie him two and twentie legions of divels, partlie of the order of vertues, & partlie of the order of thrones.

(12) **Eligor**, alias **Abigor**, is a great duke, and appeereth as a goodlie [handsome] knight, carrieng a lance, an ensigne, and a scepter: he answereth fullie of things hidden, and of warres, and how souldiers should meete: he knoweth things to come, and procureth the favour of lords and knights, governing sixtie legions of divels.

(13) **Leraie** alias **Oray**, a great marquesse, shewing himselfe in the likenesse of a galant archer, carrieng a bowe and a quiver, he is author of all battels, he dooth putrifie all such wounds as are made with arrowes by archers, *Quos optimos objicit tribus diebus*, [who best drives away mobs from the days (?)] and he hath regiment over thirtie legions.

(14) **Valefar** alias **Malephar**, is a strong duke, comming foorth in the shape of a lion, and the head of a theefe, he is verie familiar with them to whom he maketh himself

legionibus.

§ 15. *Morax*, alias *Foraii*, magnus Comes & Præses: Similis tauro visitur: Et si quando humanam faciem assumit, admirabilem in Astronomia & in omnibus artibus liberalibus reddit hominem: parit etiam famulos non malos & sapientes: novit & herbarum & pretiosorum lapidum potentiam. Imperat triginta sex legionibus.

§ 16. *Ipes*, alias *Ayperos* est magnus Comes & Princeps, apparens quidem specie angelica, interim leone obscurior & turpis, capite leonis, pedibus anserinis, cauda leporina. Præterita & futura novit: Redditque hominem ingeniosum & audacem. Legiones huic obediunt trigintasex.

§ 17. *Naberus*, alias *Cerberus*, Marchio est fortis, forma corvi se ostentans: Si quando loquitur, raucam edit vocem. Reddit & hominem amabilem & artium intelligentem, cum primis in Rhetoricis eximium. Prælaturarum & dignitatum jacturam parit. Novendecim legiones hunc audiunt.

§. 18. *Glasya Labolas*, alias *Caacrinolaas* vel *Caassimolar* magnus Præses: Qui progreditur ut canis habens alas gryphi. Artium cognitionem dat, interim dux omnium homicidarum. Præsentia & futura intelligit. Tam amicorum quam inimicorum animos demeretur: Et hominem reddit invisibilem. Imperium habet triginta sex legionum.

acquainted, till he hath brought them to the gallowes, and ruleth ten legions.

(15) *Morax* alias *Foraii*, a great earle and a president, he is seene like a bull, and if he take unto him a mans face, he maketh men wonderfull cunning in astronomie, & in all the liberall sciences: he giveth good familiars and wise, knowing the power & vertue of hearbs and stones which are pretious, and ruleth thirtie six legions.

(16) *Ipos* alias *Ayporos*, is a great earle and a prince, appeering in the shape of an angell, and yet indeed more obscure and filthie than a lion, with a lions head, a gooses feet, and a hares taile: he knoweth things to come and past, he maketh a man wittie, and bold, and hath under his jurisdiction thirtie six legions.

(17) *Naberius*, alias *Cerberus*, is a valiant marquesse, shewing himselfe in the forme of a crowe, when he speaketh with a hoarse voice: he maketh a man amiable and cunning in all arts, and speciallie in rhetorike, he procureth the losse of prelacies and dignities: nineteene legions heare <and obeie> him.

(18) *Glasya Labolas*, alias *Caacrinolaas*, or *Caassimolar*, is a great president, who commeth forth like a dog, and hath wings like a griffen, he giveth the knowledge of arts, and is the captaine of all mansleiers: he understandeth things present and to come, he gaineth the minds and love of freends and foes, he maketh a man go invisible, and hath the

§ 19. **Zepar** Dux magnus, apparens uti miles, inflammansque virorum amore mulieres, & quando ipsi jussum fuerit, earum formam in aliam transmutat, donec dilectis suis fruantur. Steriles quoque eas facit. Vigintisex huic parent legiones.

§ 20. **Byleth** Rex magnus & terribilis, in equo pallido equitans, quem præcedunt tubæ, symphonix, & cuncta Musicæ genera. Quum autem coram exorcista se ostentat, turgidus ira & furore videtur, ut decipiat. Exorcista vero tum sibi prudenter caveat: Atque ut fastum ei adimat, in manu suscipiat baculum corili, cum quo orientem & meridiem versus, foris juxta circulum manum extendet, facietque triangulum. Cæterum si manum non extendit, & intrare jubet, atque spirituum Vinculum ille renuerit, ad lectionem progrediatur exorcista: mox ingredietur item submissus, ibi stando & faciendo quodcumque jusserit exorcista ipsi Byleth regi, eritque securus. Si vero contumacior fuerit, nec primo jussu circulum ingredi voluerit, reddetur forte timidior exorcista: Vel si Vinculum spirituum minus habuerit, sciet haud dubie exorcista, malignos spiritus postea eum non verituros, at semper viliorem habituros. Item si ineptior sit locus triangulo deducendo juxta circulum, tunc vas vino plenum ponatur: Et intelliget exorcista certissimè, quum è domo sua egressus fuerit cum sociis suis, prædictum Byleth sibi fautorem fore, benevolum, & coram ipso submissum quando progrediatur. Venientem vero exorcista benigne suscipiat, & de ipsius fastu gloriatur: Propterea quoque eundem adorabit, quemadmodum alii reges, quia nihil dicit absque aliis principibus. Item si hic Byleth accitus fuerit ab aliquo exorcista, semper tenendus ad exorcistæ faciem annulus argenteus medii

rule of six and thirtie legions.

(19) **Zepar** is a great duke, appearing as a souldier, inflaming women with the loove of men, and when he is bidden he changeth their shape, untill they maie enjoie their beloved, he also maketh them barren, and six and twentie legions are at his obeie and commandement.

(20) **Bileth** is a great king and a terrible, riding on a pale horsse, before whome go trumpets, and all kind of melodious musicke. When he is called up by an exorcist, he appeareth rough [turgid] and furious, to deceive him. Then let the exorcist or conjuror take heed to himself; and to allaje his courage, let him hold a *hazell bat* [rod, staff, or stick] in his hand, wherewithall he must reach out toward the east and south, and make a *triangle* without besides the *circle*; but if he hold not out his hand unto him, and he bid him come in, and he still refuse the bond or chain of spirits; let the conjuror proceed to reading, and by and by he will submit himselfe, and come in, and doo whatsoever the exorcist commandeth him, and he shalbe safe. If *Bileth* the king be more stubborne, and refuse to enter into the circle at the first call, and the conjuror shew himselfe fearfull, or if he have not the chaine of spirits, certeinlie he will never feare nor regard him after. Also, if the place be unapt for a triangle to be made without the circle, then set there a boll of wine, and the exorcist shall certeinlie knowe when he commeth out of his house, with his fellowes, and that the foresaid *Bileth* will be his helper, his friend, and obedient

digiti manus sinistrae, quemadmodum pro Amaymone. Nec est praetermittenda dominatio & potestas tanti principis, quoniam nullus est sub potestate & dominatione exorcistae alius, qui viros & mulieres in delirio detinet, donec exorcistae voluntatem explerint: Et fuit ex ordine Potestatum, sperans se ad septimum Thronum rediturum, quod minus credibile. Imperat octogintaquinque legionibus.

§ 21. **Sytry**, alias Bitru, magnus Princeps, leopardi facie apparens, habensque alas velut gryphi. Quando autem humanam assumit formam, mire pulcher videtur. Incendit virum mulieris amore, mulierem vicissim alterius desiderio incitat. Jussus secreta libenter detegit feminarum, eas ridens ludificansque, ut se luxuriose nudent. Huic sexaginta legiones obsequuntur.

§ 22. **Paymon** obedit magis Lucifero quam alii reges. Lucifer hic intelligendus, qui in profunditate scientiae suae demersus, Deo assimilari voluit, & ob hanc arrogantiam in exitium projectus est. De quo dictum est: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum [*Ezech.* 28]. Paymon autem cogitur virtute divina, ut se sistat coram exorcista: ubi hominis induit simulachrum, insidens dromedario, coronaque insignitus

unto him when he commeth forth. And when he commeth, let the exorcist receive him courteously, and glorifie him in his pride, and therefore he shall adore him as other kings doo, because he saith nothing without other princes. Also, if he be cited by an exorcist, alwaies a *silver ring* of the middle finger of the left hand must be held against the exorcists face, as they doo for *Amaimon*. And the dominion and power of so great a prince is not to be pretermitted; for there is none under the power & dominion of the conjuror, but he that deteineth both men and women in doting [*better*: "foolish" or "silly"] love, till the exorcist hath had his pleasure. He is of the orders of powers, hoping to returne to the seaventh throne, which is not altogether credible, and he ruleth eightie five legions.

(21) **Sitri**, alias **Bitru**, is a great prince, appeering with the face of a leopard, and having wings as a griffen: when he taketh humane shape, he is verie beautiful, he inflameth a man with a womans love, and also stirreth up women to love men, being commanded he willinglie deteineth [discloses] secrets of women, laughing at them and mocking them, to make them luxuriouslie naked, and there obeie him sixtie legions.

(22) **Paimon** is more obedient in *Lucifer* than other kings are. *Lucifer* is heere to be understood he that was drowned in the depth of his knowledge: he would needs be like God, and for his arrogancie was throwne out into destruction, of whome it is said; Everie pretious stone is thy covering (*Ezech.* 88 [28.13]). *Paimon* is constrained by

lucidissima, & vultu fœmineo. Hunc præcedit exercitus cum tubis & cimbali bene sonantibus, atque omnibus instrumentis Musicis, primo cum ingenti clamore & rugitu apparens, sicut in Empto. Salomonis, & arte declaratur. Et si Paymon hic quandoque loquitur, ut minus ab exorcista intelligatur, propterea is non tepescat: sed ubi porrexerit illi primam chartam ut voto suo obsequatur, jubebit quoque ut distincte & aperte respondeat ad quæsitæ, & de universa philosophia & prudentia vel scientia, & de cæteris arcanis. Et si voles cognoscere dispositionem mundi, & qualis sit terra, aut quid eam sustineat in aqua, aut aliquid aliud, & quid sit abyssus, & ubi est ventus & unde veniat, abunde te docebit. Accedant & consecrationes tam de libationibus quam aliis. Confert hic dignitates & confirmationes. Resistentes sibi suo vinculo deprimit, & exorcistæ subjicit. Bonos comparat famulos, & artium omnium intellectum. Notandum, quod in advocando hunc Paymonem, Aquilonem versus exorcistam conspici oporteat, quæ ibi hujus sit hospitium. Accitum vero intrepide constanterque suscipiat, interroget, & ab eo petat quicquid voluerit, nec dubie impetrabit. At ne creatorem oblivioni tradat, cavendum exorcistæ, propter ea quæ præmissa fuerunt de Paymone. Sunt qui dicunt, eum ex ordine Dominationum fuisse: sed aliis placet, ex ordine Cherubin. Hunc sequuntur legiones ducentæ, partim ex ordine Angelorum, partim Potestatum. Notandum adhæc, si Paymon solus fuerit citatus per aliquam libationem aut sacrificium, duo reges magni comitantur, scilicet Bebal & Abalam, & alii potentes. In hujus exercitu sunt vigintiquinque legiones: Quia spiritus his subjecti, non semper ipsis adsunt, nisi ut appareant, divina virtute compellantur.

divine vertue to stand before the exorcist; where he putteth on the likeness of a man: he sitteth on a beast called a dromedarie, which is a swift runner, and weareth a glorious crowne, and hath an effeminate countenance. There goeth before him an host of men with trumpets and well sounding cymbals, and all musicall instruments. At the first he appeereth with a great crie and roring, as in *Circulo [Empto.] Salomonis*, and in the art is declared. And if this *Paimon* speake sometime that the conjuror understand him not, let him not therefore be dismaied. But when he hath delivered him the first obligation to observe his desire, he must bid him also answer him distinctlie and plainelie to the questions he shall aske you, of all philosophie, wisdom, and science, and of all other secret things. And if you will knowe the disposition of the world, and what the earth is, or what holdeth it up in the water, or any other thing, or what is *Abyssus*, or where the wind is, or from whence it commeth, he will teach you abundantlie. Consecrations also as well of sacrifices [offerings, libations] as otherwise may be reckoned. He giveth dignities and confirmations; he bindeth them that resist him in his owne chaines, and subjecteth them to the conjuror; he prepareth good familiars, and hath the understanding of all arts. Note, that at the calling up of him, the exorcist must looke towards the northwest, because there is his house. When he is called up, let the exorcist receive him constantlie without feare, let him aske what questions or demands he list, and no doubt he shall obtaine the same of

him. And the exorcist must beware he forget not the creator, for those things, which have been rehearsed before of *Paimon*, some saie he is of the order of dominations; others saie, of the order of cherubim. There follow him two hundred legions, partlie of the order of angels, and partlie of potestates. Note that if *Paimon* be cited alone by an offering or sacrifice, two kings followe him; to wit, *Beball & Abalam*, & other potentates: in his host are twentie five legions, bicause the spirits subject to them are not alwaies with them, except they be compelled to appeere by divine vertue.

§ 23. Regem *Belial* aliqui dicunt statim post Luciferum fuisse creatum, ideoque sentiunt ipsum esse patrem & seductorem eorum qui ex Ordine ceciderunt. Cecidit enim prius inter alios digniores & sapientiores, qui præcedebant Michaëlem & alios cœlestes angelos, qui decrant. Quamvis autem Belial ipsos qui in terram dejecti fuerint, præcesserit: alios tamen qui in cœlo mansere, non antecessit. Cogitur hic divina virtute, cum accipit sacrificia, munera & holocausta, ut vicissim det immolantibus responsa vera: At per horam in veritate non perdurat, nisi potentia divina compellatur, ut dictum est. Angelicam assumit imagine in impense pulchram, in igneo curru sedens. Blande loquitur. Tribuit dignitates & prælaturas senatorias, gratiam item amicorum, & optimos famulos. Imperium habet octoginta legionum, ex ordine partim Virtutum, partim Angelorum. Forma exorcistæ invenitur in Vinculo Spirituum. Observandum exorcistæ, hunc Belial in omnibus succurrere suis subditis: Si autem se submittere noluerit, Vinculum Spirituum legatur, quo sapientissimus Salomon eos cum suis legionibus in vase vitreo relegavit: Et relegati cum omnibus legionibus fuere septuagintaduo reges, quorum primus erat

Some saie that the king *Beliall* was created immediatlie after *Lucifer*, and therefore they thinke that he was father and seducer of them which fell being of the orders. For he fell first among the worthier and wiser sort, which went before *Michael* and other heavenlie angels, which were lacking. Although *Beliall* went before all them that were throwne downe to the earth, yet he went not before them that tarried in heaven. This *Beliall* is constrained by divine venue, when he taketh sacrifices, gifts, and [burnt] offerings, that he againe may give unto the offerers true answers. But he tarrieth not one houre in the truth, except he be constrained by the divine power, as is said. He taketh the forme of a beautifull ancell, sitting in a firie chariot; he speaketh faire, he distributeth preferments of senatorship, and the favour of friends, and excellent familiars: he hath rule over eightie legions, partlie of the order of vertues, partlie of angels; he is found in the forme of an exorcist in the bonds of

Bileth, secundus Belial, deinde Asmoday, & circirer [\*circiter] mille millia legionum. Illud proculdubio à magistro Salomone didiciste me fateor: Sed causam relegationis me non docuit, crediderim tamen propter arrogantiam ipsius Belial. Sunt quidam necromantici, qui asserunt, ipsum Salomonem quodam die astutia cujusdam mulieris seductum, orando se inclinasse versus simulacrum Belial nomine. Quod tamen fidem non meretur: Sed potius sentiendum, ut dictum est, propter superbiam & arrogantiam, relegatos esse in magno vase, projectos in Babylone in puteum grandem valde. Enimvero prudentissimus Salomon divina potentia suas exequabatur operationes, quæ etiam nunquam eum destituit: propterea simulachrum non adorasse ipsum sentiendum est, alioqui divina virtute spiritus cogere nequivisset. Hic autem Belial cum tribus regibus in puteo fuit. At Babylonienses ad hæc exhorrescentes, rati se thesaurum amplum in puteo inventuros, unanimi consilio in puteum descenderunt, detegeruntque & confregere vas, unde mox egressi captivi, in proprium locum porto sunt rejecti. Belial vero ingressus quoddam simulachrum, dabat responsa sibi immolantibus & sacrificantibus, ut testatur Toez in dictis suis: Et Babylonienses adorantes sacrificaverunt eidem.

The exorcist must consider, that this *Beliall* doth in everie thing assist his subjects. If he will not submit himselfe, let the bond of spirits be read: the spirits chaine is sent for him, wherewith wise *Salomon* gathered them together with their legions in a brasen vessell, where were inclosed among all the legions seventie two kings, of whome the cheefe was *Bileth*, the second was *Beliall*, the third *Asmoday*, and above a thousand thousand legions. Without doubt (I must confesse) I learned this of my maister *Salomon*; but he told me not why he gathered them together, and shut them up so: but I beleieve it was for the pride of this *Beliall*. Certaine nigromancers doo saie, that *Salomon*, being on a certaine daie seduced by the craft of a certaine woman, inclined himselfe to praie before the same idoll, *Beliall* by name: which is not credible. And therefore we must rather thinke (as it is said) that they were gathered together in that great brasen vessell for pride and arrogancie, and throwne into a deepe lake or hole in *Babylon*. For wise *Salomon* did accomplish his workes by the divine power, which never forsooke him. And therefore we must thinke he worshipped not the image *Beliall*; for then he could not have constrained the spirits by divine vertue: for this *Beliall*, with three kings were in the lake. But the Babylonians woondering at the matter, supposed that they should find therein a great quantitie of treasure, and therefore with one consent went downe into the lake, and uncovered and brake the vessell, out of the which immediatlie flew the capteine divels, and were delivered to their former and proper

places. But this Beliall entred into a certeine image, and there gave answer to them that offered and sacrificed unto him: as *Tocz.* in his sentences reporteth, and the Babylonians did worship and sacrifice thereunto.

§ 24. **Bune** Dux magnus & fortis, apparet ut draco, tribus capitibus, tertium vero assimilatur homini. Muta loquitur voce: Mortuos locum mutare facit, & dæmones supra defunctorum sepulchra congregari: omnimodo hominem locupletat, redditque loquacem & sapientem: ad quæsitâ vere respondet. Huic legiones parent triginta.

(23) **Bune** is a great and a strong Duke, he appeareth as a dragon with three heads, the third whereof is like to a man; he speaketh with a divine voice, he maketh the dead to change their place, and divels to assemble upon the sepulchers of the dead: he greatlie inricheth a man, and maketh him eloquent and wise, answering trulie to all demands, and thirtie legions obeie him.

§ 25. **Forneus** magnus Marchio, similis monstro marino, reddit hominem in Rhetoricis admirabilem, optima fama & linguarum peritia ornat, tam amicis quam inimicis gratum facit. Subsunt huic vigintinovem legiones, ex ordine partim Thronorum, partim Angelorum.

(24) **Forneus** is a great marquesse, like unto a monster of the sea, he maketh men woondfull in rhetorike, he adorneth a man with a good name, and the knowledge of toongs, and maketh one beloved as well of foes as freends: there are under him nine and twentie legions, of the order partlie of thrones, and partlie of angels.

§ 26. **Roneve** Marchio & Comes, assimilatur monstro. Singularem in Rhetoricis intelligentiam confert, famulos item fidos, linguarum cognitionem, amicorum & inimicorum favorem. Huic obediunt legiones novendecim.

(25) **Ronove** [Roneve] a marquesse and an earle, he is resembled to a monster, he bringeth singular understanding in rhetorike, faithfull servants, knowledge of toongs, favour of freends and foes; and nineteene legions obeie him.

§ 27. **Berith** Dux magnus & terribilis: tribus nuncupatur nominibus, à quibusdam Beal, à Judæis Berith, à necromanticis Bolfri. Prodit ut miles ruber cum vestitu rubro, & equo ejusdem coloris coronaque ornatus. Vere de præsentibus, præteritis & futuris respondet. Virtute divina per annulum magicæ artis ad horam scilicet cogitur. Mendax etiam est. In aurum cuncta

(26) **Berith** is a great and a terrible duke, and hath three names. Of some he is called *Beall*; of the Jewes *Berithi*; of Nigromancers *Bolfry*: he commeth foorth as a red souldier, with red clothing, and upon a horsse of that colour, and a crowne on his head. He answereth trulie of things present, past, and to come. He is

metallorum genera mutat. Dignitatibus ornat easdemque confirmat: Claram subtilemque edit vocem. Viginti sex legiones huic subsunt.

§ 28. **Astaroth** Dux magnus & fortis, prodiens angelica specie turpissima, insidensque in dracone infernali, & viperam portans manu dextra. Vere respondet de præteritis, præsentibus, futuris & occultis. Libenter de spirituum creatore, & eorundem lapsu loquitur, quomodo peccaverint & ceciderint. Se spontè non prolapsus esse dicit. Reddit hominem mire eruditum in artibus liberalibus. Quadraginta legionibus imperat. Ab hoc quilibet exorcista caveat, ne prope nimis cum admittat, ob fœtorem intolerabilem quem expirat. Itaque annulum argenteum magicum in manu sua juxta faciem teneat, quo se ab injuria facile tuebitur.

§ 29. **Forras** vel **Forcas** magnus Præses est: visitur forma viri fortissimi, & in humana specie vires herbarum & lapidum preciosorum intelligit. Plene docet Logica, Ethica & eorundem partes. Reddit hominem invisibilem, ingeniosum, loquacem & vivacem: Amissa recuperat, thesauros detegit. Dominium viginti novem legionum habet.

§ 30. **Furfur** Comes est magnus, apparens ut cervus cauda flammea. In omnibus mentitur, nisi in triangulum intro ducatur.

compelled at a certeine houre, through divine vertue, by a ring of art magicke. He is also a lier, he turneth all mettals into gold, he adorneth a man with dignities, and confirmeth them, he speaketh with a cleare and a subtill voice, and six and twentie legions are under him.

(27) **Astaroth** is a great and a strong duke, coming foorth in the shape of a fowle angell, sitting upon an infernall dragon, and carrieng on his right hand a viper: he answereth trulie to matters present, past, and to come, and also of all secrets. He talketh willinglie of the creator of spirits, and of their fall, and how they sinned and fell: he saith he fell not of his owne accord. He maketh a man woonderfull learned in the liberall sciences, he ruleth fourtie legions. Let everie exorcist take heed, that he admit him not too neere him, bicause of his stinking breath [*lit.* "because of the intolerable stench which he exhales"]. And therefore let the conjuror hold neere to his face a magicall [silver] ring, and that shall defend him.

(28) **Foras** alias **Forcas** is a great president, and is seene in the forme of a strong man, and in humane shape, he understandeth the vertue of hearbs and pretious stones: he teacheth fullie logicke, ethicke, and their parts: he maketh a man invisible, wittie, eloquent, and to live long; he recovereth things lost, and discovereth [discloses] treasures, and is lord over nine and twentie legions.

(29) **Furfur** is a great earle, appearing as an hart, with a firie taile, he lieth in everie thing, except

Jussus angelicam assumit imaginem. Rauca loquitur voce: amorem inter virum & mulierem libenter conciliat: novit & concitare fulgura, coruscationes & tonitrua in iis partibus ubi jussum fuerit. De occultis & divinis rebus bene respondet. Imperat legionibus vigintisex.

§ 31. **Marchocias** magnus Marchio est. Se ostendit specie lupæ ferocissimæ cum alis gryphi, cauda serpentina, & ex ore nescio quid evomens. Quum hominis imaginem induit, pugnator est optimus. Ad quæsitæ vere respondet: fidelis in cunctis exorcistæ mandatis. Fuit ordinis Dominationum. Huic subjacent legiones triginta. Sperat se post mille ducentos annos ad septimum Thronum reversurum: sed ea spe falsus est.

§ 32. **Malphas** magnus Præses, conspicitur corvo similis: sed hominis idolum indutus rauca fatur voce. Domos & turres ingentes mire extruit, & obvios cito facit artifices maximos: Hostium vero ædes & turres dejicit. Famulos suppeditat non malos. Sacrificia libenter suscipit, at sacrificatores omnes fallit. Quadraginta huic parent legiones.

§ 33. **Vepar**, alias **Separ**, Dux magnus & fortis: Similis syreni: Ductor est aquarum & navium armis onustarum. Ut mare jussu magistri turgidum navibusque plenum appareat, efficit: contra inimicos exorcistæ per dies tres vulneribus putrescentibus vermesque producentibus homines inficit, à

he be brought up within a triangle; being bidden, he taketh angelicall forme, he speaketh with a hoarse voice, and willinglie maketh love betweene man and wife [*or simply* "woman"]; he raiseth thunders and lightnings, and blasts. Where he is commanded, he answereth well, both of secret and also of divine things, and hath rule and dominion over six and twentie legions.

(30) **Marchosias** is a great marquisse, he sheweth himselfe in the shape of a cruell shee wolfe, with a griphens wings, with a serpents taile, and spetting I cannot tell what out of his mouth. When he is in a mans shape, he is an excellent fighter, he answereth all questions trulie, he is faithfull in all the conjurors businesse [commands], he was of the order of dominations, under him are thirtie legions: he hopeth after 1200. yeares to returne to the seventh throne, but he is deceived in that hope.

(31) **Malphas** is a great president, he is seene like a crowe, but being cloathed with humane image, speaketh with a hoarse voice, he buildeth houses and high towres wonderfullie, and quicklie bringeth artificers together, he throweth downe also the enimies edifications, he helpeth to good familiars, he receiveth sacrifices willinglie, but he deceiveth all the sacrificers, there obeie him fourtie legions.

(32) **Vepar** alias **Separ**, a great duke and a strong, he is like a mermaid, he is the guide of the waters, and of ships laden with armour; he bringeth to passe (at the commandement of his master) that the sea shalbe rough and stormie,

quibus tamen negotio absoluto sanantur omnes. Imperat legionibus vigintinovem.

§34. *Sabnac*, alias *Salmac*, Marchio magnus & fortis: prodit ut miles armatus, capite leonis, in pallido equo infidens. Hominis formam transmutat mire: Turres magnas armis plenas ædificat, item castra & civitates. Triginta dies ex mandato exorcistæ homini vulnera putrida & verminantia infligit. Familiares conciliat bonos: dominium exercens quinquaginta legionum.

§ 35. *Sydonay*, alias *Asmoday*, Rex magnus, fortis & potens: Visitur tribus capitibus, quorum primum assimilatur capiti tauri, alterum hominis, tertium arietis. Cauda ejus serpentina, ex ore flammam eructat, pedes anserini. Super dracone infernali sedet, in manu lanceam & vexillum portans. Præcedit alios qui sub potestate Amaymonis sunt. Cum hujus officia exercet exorcista, fit fortis, cautus & in pedibus stans: si vero coopertus fuerit, ut in omnibus detegatur, efficiet: Quod si non fecerit exorcista, ab Amaymone in cunctis decipietur: Sed mox cum ipsum in prædicta forma conspicit, appellabit illum nomine suo, inquires: Tu vero es Asmoday. Ipse non negabit: Et mox ad terram. Dat anulum virtutum: Docet absolute Geometriam, Arithmetiam, Astronomiam, Mechanicam: Ad interrogata plene & vere respondet: Hominem reddit invisibilem: Loca thesaurorum ostendit & custodit, si fuerit de legionibus Amaymonis. In sua potestate legiones septuaginta duas habet.

and shall appeare full of shippes; he killeth men in three daies, with putrifieng their wounds, and producing maggots into them; howbeit, they maie be all healed with diligence, he ruleth nine and twentie legions.

(33) *Sabnacke*, alias *Salmac*, is a great marquesse and a strong, he commeth foorth as an armed soldier with a lions head, sitting on a pale horse, he dooth marvelouslie change mans forme and favor, he buildeth high towres full of weapons, and also castels and cities; he inflicteth men thirtie daies with wounds both rotten and full of maggots, at the exorcists commandement, he provideth good familiars, and hath dominion over fiftie legions.

(34) *Sidonay*, alias *Asmoday*, a great king, strong and mightie, he is seene with three heads, whereof the first is like a bull, the second like a man, the third like a ram, he hath a serpents taile, he belcheth flames out of his mouth, he hath feete like a goose, he sitteth on an infernall dragon, he carrieth a lance and a flag in his hand, he goeth before others, which are under the power of *Amaymon*. When the conjuror exerciseth this office, let him be abroad [brave], let him be warie [courageous] and standing on his feete; <if his cap be on his head> [! if he is afraid he will be overwhelmed], he will cause all his dooings to be bewraied [divulged], which if he doo not, the exorcist shalbe deceived by *Amaymon* in everie thing. But so soone as he seeth him in the forme aforesaid, he shall call him by his name, saieng; Thou art *Asmoday*; he will not denie

it, and by and by he boweth downe to the ground; he giveth the ring of venues, he absolutelie teacheth geometrie, arythmetike, astronomie, and handicrafts [mechanics]. To all demands he answereth fullie and trulie, he maketh a man invisible, he sheweth the places where treasure lieth, and gardeth it, if it be among the legions of *Amaymon*, he hath under his power seventie two legions.

§ 36. Gaap, alias Tap, Præses magnus & Princeps: in signo Meridiei apparet: sed quum humanam assumit faciem [CIm 849, fol 66r: Apparet in signo medici cum suscipit figuram humanam; [est] doctor opti[m]us mulierum, et facit ardere in amorem virorum], ductor est præcipuorum quatuor regum, tam potens ut Byleth. Extiterunt autem quidam necromantici, qui huic libamina & holocausta obtulere, & ut eundem evocarent, artem exercuere, dicentes sapientissimum Salomonem eam composuisse, quod falsum est: imo fuit Cham filius Noë, qui primus post diluvium cœpit malignos invocare spiritus, invocavit autem Byleth, & composuit artem in suo nomine, & librum, qui multis mathematicis est cognitus. Fiebant autem holocausta, libamina, munera, & multa nefaria, quæ operabantur exorcistæ admistis sanctissimis Dei nominibus, quæ in eadem arte sparsim exprimuntur. Epistola vero de iis nominibus est conscripta à Salomone, uti & scribunt Helias Hierosolymitanus & Heliseus. Notandum, si aliquis exorcista habuerit artem Beleth, nec ipsum coram se sistere possit aut videre, nisi per artem: Quomodo autem eundem continere oporteat, non est explicandum, quum sit nefandum, & nihil à Salomone de ejus dignitate & officio didicerim, hoc tamen non silebo, ipsum reddere hominem admirabilem in philosophia & artibus omnibus liberalibus. Facit ad amorem, odium, invisibilitatem & consecrationem eorum quæ sunt de

